

Inc. B 3

auf

4 Be

Script. lat. recent. in Octavo  
No 1

Libb. gram. et. etc.

~~131.~~

II 1 a 129<sup>6</sup>

EMMANVELIS  
ALVARI,  
E SOCIETATE  
IESV, DE INSTITVTIO-  
NE GRAMMATICA,  
LIBER PRIMVS.

Cum facilioribus Syntaxeos præceptis.

SCHOLIIS AVCTORIS ET  
*Rudimentis prætermisissis.*



COLONIAE AGRIPPINAE,  
In officina Birckmannica, sumptibus  
Hermanni Mylij.

ANNO M.DC.XXIX.

EMMANUEL  
ALVARO  
E SOCIETATE  
INSTITUTIONE  
DE GRAMMATICA  
LIBER PRIMVS  
CUM TABULA SYNONYMA  
VOCABVLOVM  
LIX  
CORONA VERITATIS  
In officina typographica  
Lipsiae  
ANNO MDCCLXXII



# EMMANVELIS

ALVARI, E SOCIE-  
TATE IESV,

DE INSTITVTIONE GRAMMATICA  
LIBER PRIMVS.

## PRÆFATIO.

**I**vre optimo labor hic, qualiscunque est, frustra susceptus in tanta librorum multitudine videri posset; nisi singularis illa virtus qua res parvæ crescunt, sine qua maximæ dilabuntur, nos tueretur. Etenim cum patribus nostris illud in primis propositum sit, atque ob oculos perpetuò versetur, vt qui Societati IESV, eiusdem Dei Opt. Max beneficio nomen dedimus, non solum in ijs, quæ propria ipsius sunt instituti, verum etiam in rebus, quæ minimi videntur esse momenti, concordissimè viuamus: visum est ab aliquo nostrum Grammaticam artem scribendam esse, qua vbique terrarum, quo ad eius fieri posset, nostri vterentur. Quod onus cum mihi esset impositum; id quidem non meis humeris (scio enim quàm sim imbecillis) sed sanctæ obedientiæ viribus fretus libenter suscepi. Nam ei, qui sponte sua sui iuris esse desijt; proprioque iudicio atque voluntati propter Deum nuntium remisit, non tam inscitiae nota, quam nec obedientis animi crimen pertimescendum est.

Suscepto itaque onere, operam dedi, ne officio meo deessem, fontes ipsos adij, M. Varronis Romanorum omnium eruditissimi libros de Etymologia, atque Analogia, duodecim Fabij Quinctiliani de institutione oratoria, qui mihi magnum adiumentum attulerunt; A. Gellij, noctium Atticarum, vnde viginti, Probi, Dio-

## PRÆFATIO.

medis, Phocæ, Donati, Pisciæ institutiones Grammaticas, ut potui, perlegi, quorum postremus ante mille annos Iustiniani Principis ætate Athenis floruit. Is præter cæteros decem & octo libros scripsit, in quibus passim hominum doctissimorum testimonijs utitur, quorum hodie aut nulla, aut perexigua extant vestigia. Est ille quidem sermone inornato, & incompto, sed multa ac varia eruditione. Labitur interdum ut homo, maximè ubi latina præcepta, ut Græcus, ad Græcorum normam exigit: sed grauissimorum authorum, quos tertio quoque verbo citat, præclara atque luculenta doctrina, eius errata obteguntur penitus & obscurantur. De rebus vel minimis, tenuissimisque, hoc est primis elementis, qua fuit diligentia, testes locupletissimos M. Varronem, C. Cæsarem, Plinium, atque alios quam plurimos producit. Nemo mihi quidem rem Grammaticam copiosius, nemo accuratius, aut tractasse, aut plures veterum Grammaticorum commentarios videtur peruoluisse. Quod ad recentiores attinet, eos potissimum euoluimus, qui nobis vsui essent futuri. Iactis ad hunc modum fundamentis, ex utrisque Grammatices præcepta delegimus, quæ Terentij, Ciceronis, Cæsaris, Liuij, Virgilij, Horatij, atque aliorum veterum testimonijs pro nostra tenui, infirmaque parte confirmauimus. De his, si qui forte in hunc librum incidissent, breuiter putauimus admonendos. Reliquum est, quoniam librorum infinitus est numerus, scribendorum nullus est finis, ut conuenienter diuinis præceptis congruenterque viuamus: ita enim fiet, ut in libro vitæ conscripti, Dei Opt. Max. conspectu, cui hoc opusculum dicamus, perpetuò fruamur.

DE

LIBER I.

DE GENERIBVS NOMINVM,  
Quæ ex significatione cognoscuntur.

QVæ \* maribus solùm tribuuntur mascula sunt.

Mascula censentur \* specie depicta virili:

Et quibus appositum tantum tribuisse virile  
Credibile est veteres, latro ceu, præsul, & hospes.

Fœmineum dices, quod \* fœmina sola reposcit.

Iungito fœmineis \* muliebri prædita forma:

\* Quæq; adiectiuum tantum muliebri requirunt.

\* Quæ neutro appposito gaudent, neutralia sunt.

Est commune duum sexum quod claudit vtrumq;

Articulo gemino, veluti bos, fortis, & hostis,

Antistes, iuuenis, vates, patruelis, & infans,

Affinis, miles, cum ciue, cliente, sacerdos,

Et comes, atque canis, fœsus, dux, authorq;, parensq;

Municipi, coniux, adolescens, augur adhaerent.

\* Est commune trium, generi quod conuenit om-  
ni.

Pro maribus pugnant, menses, flumijs, minaces.

\* Insula fœminea, Vrbs, Regio, cum Naue, Poesis.

Fœminea est \* arbor. Folijs oleaster amarus

Mas est. Hoc acer, atque filer, cum subere, robur.

Vm neutris iunges, hominum si propria demas.

\* Vt vir,  
Cato, Leo  
\* Mars,  
Boreas.

\* Vt muli-  
er Myfis,  
equa.

\* Vt Iris,  
Syrinx,  
Alecto.

\* vt operæ  
custodiæ.

\* Vt ani-  
mal.

\* vt pru-  
dens, felix.

\* vt Octo-  
ber, Tagus

\* Cyprus,  
Carthago

Aegyptus  
Pistris.

Aeneis.

vt pinus,

A, plu- cupressus

GRAMM. INSTIT.

\* vt Ba-  
stra, Sufa,  
\* vt puteo  
li, liberi.

A, \* plurale genus neutrum sibi poscit vbique,

\* Nomen in I, maribus, si sit plurale, reserua.

Trade notas neutri, & vocem pro nomine sumptam:  
Et verbum quoduis nuda pro voce repostum.

DE GENERIBVS NOMINVM,

Quæ expositione cognoscuntur.

**F**æmineum, A, prima est, veluti Panthera, sagitta,  
Adriamas esto, cui iunge corneta, planeta.

Hic manna petit. Pascha hoc, cui iungito manna.

Nomen in A, ternæ, neutrum est, ceu stigma, toreu-  
ma.

E, latiale petit neutrum, velut acre, monite.

Fæmineum est aloe, Rhodopeq, & cætera Græca.

\* Vt Sina-  
pi.

I, \* neutris tribue. \* O, maribus finita dabuntur.

\* vt pugio  
\* vt lectio  
oratio.

Est, \* IO, fæmineum, fuerit si corporis expers:

\* vt Dul-  
cedo; ima-  
go.

Cui caro iungatur, Cœnatio, portio, quodq,

\* vt tribu-  
nal, caput

Definit in \* DO, GO. Neutris adscribitur pondo.

\* vt pæan,  
Delphin,

Harpago, cudo, ordo, mas, vdo, cardo, ligoq.

agon.

V, C, D, da neutris, velut id, cum lacte, geluq.

\* Vt car-  
men, lu-  
men.

\* L, T, sit neutrum. Hic mugil, sal, solq, reposcunt.

\* AN, IN, ON, mas. Hæc syndon, & suaui aedon,

Queis adde alcyonem. Neutris da cuncta secunda.

\* En dabitur neutris. Sed hymen, ren, mascula sunt,

Et splen, atq, lien, atagen, cum pectine, lichen.



LIBER I.

Postulat, Ar, neutrum, ceu par, cum nectare, bacchar.

ER, \* maribus dona: lauer hoc, cum tubere poscit,

\* vt imber,  
ver.

Vber, iter, spinter, laser, cicer, atque papauer.

Ver, siser, atq; piper, cum verbere, necte cadauer.

Or, \* maribus seruit. Muliebris demitur arbor.

Accedunt neutris, cor, ador, cumq; equore, marmor.

\* vt dolor,  
honor.

Exigit, \* Vr, neutrum. Hic fursur, cum vulture, tur-  
tur.

\* vt ful-  
gur, sul-  
phur.

Foemineum, \* As. Neutrum Vas vasis, fasq; nefasq;

Mascula sunt elephas, adamas, as, atq; tiaras.

vt tempe-  
stas, lapas.

\* Cum reliquis cunctis stectit quæ prima pelasgum.

\* vt Phari-  
as.

Esto nomen in, \* ES, muliebre: Sed esto virile

Mamonas;

Limes, pes, fomes, termes, cum palmite, trames,

\* vt cõpes  
moles.

Et gurges, merges, poples, cum cespite, vepres,

Et paries, stipesque, meri nomenq; diei,

His Græcum \* prima, vel ternæ iungito nomen.

\* vt aro-  
matites,  
lebes.

Hippomanes neutris, penaces, cacoethes adherent.

\* Is, dato foemineis, Maribus da piscis, aqualis,

\* vt nauis  
clauis,

Anguis, tum fustis, tum callis, follis, & ensis,

Mensis, cum vecti, torris, glis, postu, & orbis,

Et sanguis, cenchris, collis, cum vomere, cassis,

Mugilis, atque lapis, vermis, cum fasce, canalis,

Vnguis, tum cucumis, tum caulis, puluis, & axis.

\* vt vigef-  
fis.

NIS, quoque finitum, ceu panis, & \* asse creata.

Ceruffis.

Mascula in, \* OS, sunt. Dos, cos, muliebris & arbos.

\* vt Ros,

GRAM. INSTIT.

Da chaos, atque melos neutris, os, argos, eposq̄.  
 Nomen in, \* Vs, mas est, seu quarta, siue secunda.  
 Porticus, atque tribus, muliebris acusq̄, manusq̄.  
 Aluis, humus, vannus, colus, Idus, carbasus addes,  
 Et domus, & ficus pomum: mas morbus habetur.  
 Plurima in Os, Græca, Ausonij fecere Latina:  
 Quæ maribus partim, vt prologus, paradisus adherent:  
 Partim fœmineis, veluti diphthongus, eremus.  
 In neutris numer a virus, pelagusq̄, profundum.  
 Postulat, \* Vs, neutrum, quoties id tertia flectit.  
 Hic lepus, & mus: pus Græcum, \* compostaq̄, iunges.  
 Sit tibi fœmineum Lagopus, herba, volucris.  
 Est muliebre palus, subscus, pulcherrima virtus,  
 Atq̄, salus, pecudisq̄, pecus, quibus additur incus.  
 Quæq̄, sibi \* seruus, iuuenisq̄, senexq̄, iugarunt.  
 Aes, tibi sit neutrum: Laus, fraus, muliebria sunt.  
 \* S, dato fœmineis, si consona ponitur ante.  
 Esto virile, rudens, fons, pons, seps, læthifer anguis,  
 Mons, dens, atq̄, chalybs, assis, \* quibus addito partes:  
 Et polysyllaba, \* PS: Forceps dematur adunca.  
 X, \* dato fœmineis. sed Eryx, grex mascula sunt,  
 Et spadix, bombyx vermis, cum fornice, phœnix,  
 Atq̄, calix, coccyx, & oryx, varixq̄, calyxque:  
 Præterea voluox, quincunx, septunxq̄, deunxq̄.

\* vt sensus,  
rogus

\* vt pecus  
pecoris.  
\* vt chy-  
tropus,  
tripus.

\* vt ferui-  
tus, iuuen-  
tus fene-  
ctus.  
\* vt mens,  
fors.  
\* vt qua-  
drans,  
triens,  
\* vt hy-  
drops  
merops.  
\* vt San-  
dix, celox.

AX,

LIBER I.

AX, \* Ex finitum polysyllabon, esto virile,  
 Fæmineum thomex, alex, cum smilace fornax,  
 Et forfex, vibex, carex, adiunge suppellex.  
 Mobile fit fixum, si fixum mente subaudis;  
 Vnde genus capit, vt sonipes, Oriensq<sub>3</sub>, Tonansq<sub>3</sub>.  
 Mobile fit neutrum, ni fixum mente subaudis.  
 Respicimus fines, non significata frequenter,  
 Zeugma, Reate, ideo petit hoc, cum Tybure, Cere,  
 Hoc Præneste, Hispal. Sulmo hic vberrimus vndis.  
 Martius hic Narbo, braccata gloria gentis.  
 Hac damnata diu Romanis Allia factis.  
 Respicit interdum nomen generale poëta,  
 Vnde si meritò genus inferiora capessunt:  
 Sic volucrem sequitur Bubo, sic flumen Iader.

\* vt tho-  
 rax, pollex

DE NOMINIBVS INCERTI  
 generis.

Hæc modò fæmineis, maribus modò iuncta videbis,  
 Grossus, adeps, atomus, limax, cum torque, phaselus,  
 Scrobs, serpens, finis, cum corbe, diesq<sub>3</sub>, rubusq<sub>3</sub>.  
 Postulat hic, aut hoc meritò Nar, vulgus, & Anxur.

NOMINA MASCVLINA APVD

Oratores, quibus poetæ interdum etiam  
 genere muliebri vtuntur.

Mascula bubo, specus, cortex, cum pumice, puluis,  
 Et calx pars pedis, atq<sub>3</sub> silex, cum margo, palumbes,

GRAM. INSTIT.

*Proferet hæc cautè iuuenis muliebria vates.*

NOMINA FERÈ FŒMININA  
apud oratores, & interdum masculina,  
præcipuè apud poetas.

*Est muliebri animans, volucris, cum stirpe, cupido,  
Sardonychen, comitatur onyx, grus, clunis, & ales,  
Cum talpa, linter, cum dama, lincæ, penusq.*

*Hæc maribus tribues, cinget cum tempora laurus,  
Hunc iubarem, hunc frontem, hunc pinum, nimiumq.  
vetusta.*

*Pacuij pro suis: at auisq. vtenda relinque.*

DE GENERE EPICOENO.

Ut hic le-  
pus, hæc  
vulpes.

*Articulo, sexum quo complectuntur vtrunque,*

*Vno, Epicœna vocant Graij: Promiscua nostri.*

DE NOMINVM DECLI-  
natione.

**N**omina composita ferè instar simplicium  
declinantur.

In compositis rectus tantum casus declinatur:  
vt Tribunus plebis, tribuni plebis, tribuno ple-  
bis, tribunum plebis, &c. Huc spectant senatus  
consultum. Iuris peritus, Paterfamilias, atque alia  
eiusdem generis.

Si nomen ex duobus rectis copuletur, vter-  
que declinabitur, vt Respublica, iusiurandum.  
Reipublicæ, rempublicam, &c

EXCIPITVR

Alteruter, cuius posterior tantum pars de-  
clina-

## LIBER I.

clinatur, excepto genitiuo singulari, qui utroque modo declinatur, alterutrius, & alterius utrius.

Nomina neutra tres casus habent similes, nominandi, accusandi, & vocandi: qui numero multitudinis A litera terminantur, præter Ambo, & Duo.

Vocatiuus singularis quartæ, & quintæ declinationis, similis est nominatiuo, sensus, ô sensus: dies, ô dies.

Nominatiuus & vocatiuus multitudinis, similes sunt, Musæ, ô Musæ: virtutes, ô virtutes.

Datiuus & ablatiuus numeri pluralis similes sunt, Musis, à Musis: virtutibus, à virtutibus.

### PRIMA DECLINATIO.

**P**rimæ declinationis nomina in A, AS, ES, exeunt: quæ A, litera terminantur, tum Græca tum Latina sunt, ut Maia, AEGina, victoria, familia.

Quæ in AS, & ES, syllabas exeunt, Græca tantum sunt, ut AENEas, Anchises: & declinantur hoc modo.

Nominatiuo Aeneas, Genitiuo AENEæ, datiuo AENEæ, accusatiuo AENEan, vocatiuo ô AENEa, ablatiuo ab AENEa.

Nominatiuo Anchises, Genitiuo Anchise, Datiuo Anchise, Accusat. Anchisen, Vocat. ô Anchise, Ablatiuo ab Anchise. Numero multitudinis omninò cum Latinis nominibus

GRAM. INSTIT.

bus primi ordinis consentiunt.

Priscis temporibus genitiuus singularis, Latinus etiam in As, syllabam terminabatur unde etiam nunc dicitur paterfamilias, materfamilias, filiusfamilias.

Aulai, pictai, & his similes interrogandi casus, interdum apud Poetas leguntur pro aulæ, pictæ, *Virg. lib. 9.*

*Diues equum, diues pictai, vestis & auri.*

A Maia, AEgina, & alijs huiusmodi Græcis nominibus fœmininis accusatiuus per an, syllabam, aliquandò apud Poetas exit, vt Maian, Aeginan.

Vocatiuus similis est nominatiuo, ô Musa, ô Maia Græca, S, literam deponunt, vt ô Aenea, ô Anchise.

Datiuus multitudinis is syllaba finitur, præter duabus, ambabus, & deabus, & nonnulla alia eiusdem exitus, quæ etiam à viris doctis sexus discernendi gratia vsurpantur.

Nomina, E, litera finita, secundæ declinationis Græcorum, sic declinantur.

Nominatiuo musice genituo musices, datiuo musice, accusatiuo musicen, vocatiuo ô musice, ablatiuo à musice. Numero plurali Latinam declinationem sequuntur.

Ad hunc modum declinantur Mastiche, grammaticæ, rhetorice, dialectice, Libye, quorum vltima vocalis si in a, literam mutetur Latine declinantur, vt grammatica, grammaticæ, &c.

SE.

LIBER I.

SECUNDA DECLINATIO.

**L**atina nomina secundæ declinationis in syllabas, ER, IR, VR, VS, VM, exeunt, vt faber, vir, satur, populus, præmium.

Græca in OS ON, EVS, vt Delos, Androgeos, Pelion, Tydeus.

Genitiuus fere est æqualis nominatiuo syllabarum numero, vt populus, populi: præter Iber, Iberi: Celtiber, Celtiberi: armiger, armigeri: signifer, signiferi: liber, liberi: Treuir, Treuiri: satur, saturi, & nonnulla alia.

Poetæ aliquando alterum i, omittunt, *Virg. Ecl. 1. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.*

Androgeos, non solum Androgei, sed etiam Androgeo more Attico, facit genitiuo.

Accusatiuus à Græcis in Os, s, literam, mutat in n, vt Delos, Delon: Menelaos, Menelaon: Athos, Athon vel Atho, more Attico.

Vocatiuus similis est nominatiuo, ô vir, ô Deus.

I. EXCEPTIO.

Cætera nomina, us syllaba finita, mutantur in e, populus, ô popule: fluuius, ô fluuie: tabellarius, ô tabellarie: Præter filius, & nomina propria in ius; quæ Vs, syllabam deponunt ô fili, ô Antoni, ô Pompei. *Cic. ad Octa. Quantum te popule Romane de me fefellit opinio.*

II. EXCEPTIO.

Græca quæ in Eus, & ες, hoc est, vs, diphthongum exeunt, deponunt s, vocatiui, Tydeus, ô Tydeu, Panthus, ô Panthu.

AP-

## GRAM. INSTIT.

### I. APPENDIX.

Græca, eus, syllaba finita, etiam genitiuo faciunt eos, & accusatiuo ea, maximè apud poetas, sed tunc ad tertiam declinationem spectant, vt Tydeus, Tydeos, Tydea: Tereus, Tereos, Terea.

### II. APPENDIX.

Vocatiuus Græcorum nominum, quæ os, in us, mutant, etiam in e, literam exit, vt Timotheus, Pamphilus, ô Timothee, Pamphile: Antæus, Thymbraeus, Ptolomæus, ô Antæe, Thymbrae, Ptolomæe.

### III. APPENDIX.

Latini interdum, vel Euphoniæ causa, vel Atticos imitantes, vocatiuum faciunt similem nominatiuo, ô populus, ô fluuius, ô meus. *Liu. i. ab Urb. Audi tu populus Albanus. Virg. l. 6. Proice tela manu sanguis meus. Idem 8. Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum Adsis ô tandem.*

Nominatiuus multitudinis i litera terminatur, vt captiui, dei vel dij.

Priscis temporibus ei, diphthongo terminabatur, vt Captiuei.

Datiuus pluralis, is, syllaba finitur, vt captiuis, deis, vel dijs.

### TER TIA DECLINATIO.

**E**T si tertiae declinationis quam plurimæ sunt positiones, genitiuus tamen in is syllabam exit: qui nominatiuo modò est æqualis numero syllabarum, vt nauis: modo vnâ syllaba



LIBER I.

syllaba longior, vt turbo, turbinis: vnedo, vnedonis: modò duabus, vt iter, itineris: biceps, bicipitis: suppellex suppellectilis.

O.

Macedo, Macedonis: Anio, Anienis: Nerio, Nerienis.

N.

Babylon, Babylonis: Palæmon, Palæmonis: Xenophon, Xenophontis.

R.

Lar, laris: hepar, hepatis: acer, aceris: Mulciber, Mulciberis: iecur, iecoris, vel iecinoris.

AS.

Calchas, Calchantis: hic Pallas, Pallantis: hæc Pallas, Palladis.

ES.

Chremes, Chremetis, vel Chremis: Laches, Lachetis, vel Lachis.

IS.

Simois, Simoentis: Pyrois, Pyroentis: Charybdis, Charybdis: Paris, Paridis.

OS.

Rhinoceros, Rhinocerotis: Tros, Trois: Minois, Minois: Heros, Herois.

VS.

Melampus, Melampodis: Opus, Opuntis: Amathus, Amathuntis.

YS.

Capys, Capyis: Cotys, Cotyis: Chlamys, Chlamydis.

NS.

Lens,

GRAM. INSTIT.

Lens, lendis: lens, lentis: frons, frondis: frons,  
frontis: Aruns, Aruntis.

P S.

Auceps, aucupis: anceps, ancipitis: gryps, gry-  
phis: stirps, stirpis.

R S.

Lars, Lartis, rex Veientium: concors, concor-  
dis.

X.

Astianax, Astianaetis: arx, arcis: merx, mercis  
veruex, veruecis: Lynx, Lyncis.

GENITIVVS GRAECVS IN OS.

Græco genitiuo, os syllaba, finito, interdum  
vtuntur Latini, vt metamorphosis, metamor-  
phoseos: Decapolis, Decapoleos: Tanis, Taneos:  
Thethys, Thethyos: Erymanthis, Erymanthi-  
dos.

GRAECVS GENITIVVS IN VS.

Manto, Callisto, Alecto, Calypso, & cætera  
id genus Græca, us faciunt genitiuo, vt Man-  
tus, Calypsus.

Si cui fortalsè breuiores videbimur, Priscia-  
num adeat, qui de positionibus atque casibus in-  
terrogandi potissimum tertiæ declinationis,  
sextum librum, de cæteris verò casibus, ferè sep-  
timum, scripsit accuratissimè. Nos de iis tantum  
putauimus agendum, quæ non ita trita sunt, &  
quotidiana. Iniuria enim fit præstantissimo ma-  
gistro vlui, si de ijs agas, quæ ad ipsum maximè  
spectant.

ACC V-

LIBER I.  
ACCUSATIVVS.

**A**ccusatiuus exit in em, vt sermonem.

I. EXCEPTIO.

Buris, cucumis, peluis, rauis, securis, tussis, vis;  
in im, exeunt.

II. EXCEPTIO.

Febris, nauis, puppis, clauis, restis, turris, in  
Em, vel im, terminantur.

ACCUSATIVVS GRÆCVS.

**G**Ræcus accusatiuus in a exit, vt Hectora,  
Calchanta, aera, æthera.

I. EXCEPTIO.

Græca, o, litera finita, habent accusatiuum  
similem nominatiuo, vt Manto, Calypso, Ale-  
cto.

II. EXCEPTIO.

Græca, is, syllaba finita, quæ apud Latinos ge-  
nitium habent similem nominatiuo, hoc est,  
quorum genitiuus apud Græcos in os exit, nul-  
la præcedente consonante, accusatio faciunt  
In, Græcè, vel Im Latinè, vt Charybdis, Caryb-  
din, vel Charybdim.

Ys finita frequentius in yn, quam in ym, ex-  
eunt, vt Thetys, Thetyn: Cotys, Cotyn: Halys,  
Halyn, vel Halym.

Quæ verò genitiuo crescunt, neque ac-  
centum habent in vltima, in in, vel im, vel em  
exeunt: vt Paris, Paridis, Parin, vel Parym, vel  
Paridem: Iris, iridis, irin, vel irim, vel iridem:

B

isis;

## GRAMM. INSTIT.

isis, ifidis, ifin, vel ifim vel ifidem: quæ etiam in  
a, apud Græcos exeunt, vt Parida, &c.

### VOCATIVVS.

**V**ocatiuus similis est nominatiuo, ô sermo,  
hæc Pallas, ô Pallas, ô Socrates, ô Chre-  
mes, ô Achilles, ô Heros, ô Chlamis: ô Socrate,  
Chreme, Achille, Vlyffe, ad primam spectant.

### EXCEPTIO.

Græca quæ in is, vel ys, exeunt, neque habent  
accentum in vltima apud Græcos, deponunt S.  
nominatiui, ô Mæri, Iri, Pari, Tethi. Et apud  
Poetas fœminina in is, quorum genitiuus exit in  
dis, quamuis accentum habeant in vltima, ô A-  
marilli, Tindari, Oebali.

Item propria in as, quorum genitiuus exit in  
antis, apud eisdem Poetas deponunt s, ô Palla,  
ô Calcha.

Præterea quæ ante s, habent diphthongum, fe-  
rè s, literam abijciunt, vt Simo~~es~~, Simois, Tyde-  
us, Melamp~~us~~, Melampus. ô Simoi, Tydeu, Me-  
lampu. Quæ omnia apud Atticos vocatiuum ha-  
bent similem nominatiuo, ô Paris, Calchas, Si-  
mois, Melampus: quos interdum imitantur La-  
tini.

### ABLATIVVS.

**A**blatiuus exit in e, à teste, duce, hospite,  
paupere, pubere, sospite.

#### I. EXCEPTIO.

Nomina, quorum Accusatiuus exit in In,  
vel

## LIBER I.

vel Im: Neutra in Al, Ar, E: Nomina mensium;  
Adiectiuum, cuius neutrum, e, litera, termina-  
tur, i, postulant: vt Charybdi, fiti, animali, calca-  
ri, monili, septembri, breui.

Quibus accedunt Pluri, strigili, canali, me-  
mori.

Fur, nectar, pepar, iubar, e, contenta sunt: item  
gaufape, Soracte, Præneste, Reate, & cætera lo-  
corum propria huius positionis, si tamen huc  
spectant: sunt enim pleraque declinationis ex-  
pertia.

### II. EXCEPTIO.

I, vel E, petunt cætera adiectiua, & substan-  
tiua, quorum Accusatiuus in Em, vel Im, desinit;  
vt à felice, vel felici: ingente, vel ingenti: naue,  
vel nauis. Quibus addes annis, ignis, imber, sup-  
pellex, vectis.

### I. APPENDIX.

**A**ppellatiua adiectiuis similia, leges adie-  
ctiuorum fermè sequuntur, vt familiaris,  
annalis, bipennis, triremis, affinis: à familiari, an-  
nali, &c. Tridens, à tridente, vel tridenti.

Sin verò propria sint, e, tantum postulant, vt  
Martialis, Iuuenalis, Felix, Clemens. à Martiale,  
Iuuenale, &c.

### II. APPENDIX.

Pleraque adiectiua quæ in literas NS, exeunt;  
ferè, e, contenta sunt, vt prudens, imprudens: à  
prudente, imprudente.

Participia in e, exeunt, vt absente, præsen-

B z

te;

## GRAMM. INSTIT.

te, audiente, Cic. l. 3. in Verr. Illa deos, hominesque implorante, iste infanti pupilla fortunas patrias ademit. Plin. Batia à flumine eam mediam secante cognominata, cunctas provincias diuiti cultu, & quodam quasi fertili niore præcedit.

Interdum etiam in I, sed tunc ferè in nomina transeunt.

Comparatiua nomina multò vsitatius in E, literam, quàm in I, exeunt, vt superiore, faciliore, vberiore.

## CASVS MULTITUDINIS.

**N**ominatiuus pluralis exit in es, vt sermōnes, delphines, Troes.

## GENITIVVS PLVRALIS.

**G**enitiuus multitudinis in um, syllabam, exit, vt iuuenum, canū, vatum, maiorum, minorum: eodem modo cætera comparatiua.

## EXCEPTIO.

In ium, exeunt quæcunque literis, NS, finiuntur, vt serpentium, præsentium.

Item s, litera, terminata, quæ genitiuo non crescunt vt collis, collium: clades cladium: Et quorum ablatiuus in i: aut, e, vel i, exit, vt diceesium, Syrtium, animalium, plurium, nauium, felicium.

Quibus adde Samnitium, lyntrium, cohortium, vtrium, ventrium, fornacium.

Ad-

## LIBER I.

Adhæc monosyllaba, quæ in duas consonantes exeunt, vt trabs, seps, pars, arx, merx, trabium, sepium, partium, arcium, &c.

Quibus accedunt, as, asis, glis, lis, mus, nix, nox, os, fauces faucium, & si quæ alia sunt à viris doctis vsurpata.

### HINC RVRSVS EXCIPIUNTUR

Parens, degener, inops, memor, supplex, vetus, vber, lynx, & alia, quorum genitiuus exit in *vm*, quæ progrediente tempore, te rerum omnium magister vsus sine fastidio docebit.

### GENITIIVS GRÆCVS.

**G**enitiuus Græcus exit in, *ωρ*, hoc est, *on* per *ω* magnum, vt epigrammaton, hæreseon.

### DATIVVS PLVRALIS.

**D**atiuus in *ibus*, exit, vt sermonibus: Bos tamen bobus, aut bubus facit.

Græca à neutris in *a*, in *is*, syllabam frequentius exeunt, vt peripetasmatis, emblematis, poematis, & poematibus, diplomatis, diplomatibus.

### ACCVSATIVVS PLVRALIS.

**A**ccusatiuus multitudinis, in *es*, syllabam exit, vt sermones: exit & in *is*, vel *eis*, cum genitiuus certorum nominum desinit in *ium*, vt *omnis*, *urbis*, vel *omneis*, *vrbeis*: vter alteri sit præferendus, iudicabunt aures.

**C**asus plurales nominandi, & accusandi, & vocandi neutri generis in *a*, desinunt, si

## GRAM. INSTIT.

ablatiuus in e, tantum exit, vt tempora: Sin vero, i, aut, e, vel i, terminetur, tunc in, ia, desinent, vt vectigalia, ingentia.

Præter comparatiua, maius, vetus, plus. quæ in a. exeunt, maiora, vetera, plura. Aplustre, aplustria & aplustra facit.

## ACCUSATIVVS GRAECVS.

**A**ccusatiuus Græcus in as desinit, vt delphinas, Troas, crateras: *Virg. ecl. 8. Orpheus in syluam, inter Delphinas Arion.*

## QUARTA DECLINATIO.

**G**enitiuus singularis quartæ declinationis exit in, us, syllabam, vt Senatus, anus. Prisci, senatus, anuis, dicebant: apud quos etiam i, litera, hic casus terminabatur, vt ornati, tumulti, vnde *Ter. more Prisco, Eius anuis causa dixit. & nihil ornati, nihil tumulti.*

Datiuus in ui exit, vt Senatui, anui: priscis seculis etiam in u, exibat. vnde *Virg. 1. Aenei. Parce metu Cytherea.*

Datiuus multitudinis in ibus, exit, vt sensibus.

## EXCEPTIO.

Arcus, artus, lacus, partus, specus, tribus, in, vbus, exeunt: lacubus, specubus, tribubus. Portus in, ibus, & ubus. Questibus à queror, multò vsitatius est quàm questubus.

QVIN-



## LIBER I.

### QUINTA DECLINATIO.

**C**asus interrogandi singularis, quintæ declinationis in ei, literas diuisas, exit, vt diei, apud antiquos in es, siue e, exhibat. Vnde *Virg. Georg. 1. Libra dies somniq, pates vbi fecerit horas. Et Ouid. Met. 3. Prima fide vocisque rata tentamina sumpsit. Exijt & in duplex ij. Virg. Aen. 1. Munera lætitiãq, dij*

Casus interrogandi, dandi, sextusque multitudinis, præter Rerum, rebus: dierum, diebus, inusitati sunt. Cicero nõ est ausus specierum, speciebus dicere, non tamen negat posse Latinè dici.

### SYNCOPE.

**O**mniùm fermè declinationum interrogandi casus multitudinis interdum, maximè à Poetis imminuuntur: quam imminutionem Græci Syncopen vocant,

#### PRIMAE

Cœlicolum, Aeneadum, Aufonidum, Troiugenum, &c. pro cœlicolarum, &c.

#### SECUNDAE.

Liberum, nummum, festertium, fabrum, Deum, &c. pro liberorum, nummorum, &c.

#### TERTIAE.

Cladum, ædum, veprium, cœlestum, agrestum, potentum, furentum, Macedum: pro cladium, cædium, veprium, cœlestium, agrestium, potentium, furentium, Macedonum: quæ, & alia eiusdem generis, non facilè apud oratores reperientur.

### I. APPENDIX.

B 4

Ge.

## GRAM. INSTIT.

Genitiuus imminutus à nominibus substantiuus, as, syllaba, finitis, vsitator est, quam plenus, vt ciuitatum, quàm ciuitatium.

## II. APPENDIX.

Quidam genitiui tum pleni, tum imminuti sunt vsitati, etiam apud Oratores, vt apium, & apum: serpentium, & serpentum: Quiritium, & quiritum: optimatium, & optimatum: locupletium, & locupletum.

## QUARTAE.

Currum, passum, pro curruum, passuum.

## ANOMALA SIVE INAEQUALIA.

**A** Nomala, siue inæqualia vocantur, quæ aut numero, aut genere, aut declinatione, aut casu, aut aliquo alio attributo deficiunt.

### NUMERO INAEQUALIA.

Quædam singulari numero tantum declinantur, vt aurum, nemo, aer.

Quædam plurali solum, vt: Cani, canorum: Penates, penatium: Castra, Calendæ.

### GENERE INAEQUALIA.

Quædam singulari numero sunt masculina, plurali neutra, vt sibilus, sibila: balteus, baltea.

Quædam singulari fœminina, plurali neutra: vt Carbafus, Carbasa.

Quædam singulari neutra, plurali masculina:

L I B E R I,

lina: Argos, Argi, Argorum.

DECLINATIONE INAEQUALIA.

Vas vasis singulari numero est tertiæ declinationis: plurali secundæ, vt vasa, vasorum, vasis.

Iugerum, iugeri contra, numero singulari, secundi est ordinis, plurali tertij, iugera, iugerum, iugeribus. Interdum & iugeri genitiuo singulari, & iugere ablatiuo legitur.

CASV INAEQUALIA.

Quædam non declinantur in casus, vt frugi, nihili, pondo, quod numerum pluralem tantum habet, cum libram significat: item quatuor, quinque & cætera, vsque ad centum, quæ aptota siue monoptota appellantur.

Quædam vocatiuo carent, cuiusmodi sunt interrogatiua, vt quis, qualis.

Relatiua, vt qui, quæ, quod: Negatiua, vt nemo, nullus. Partitiua pleraque, vt quidam, vllus, alius. Pronomina etiam, præter tu, meus, noster, nostras, fermè vocandi casu destituuntur.

Quædam nominandi, interrogandi, & accusandi casum tantum habent, vt tantundem, tantidem.

Quædam nominatiuum & vocatiuum, vt Iupiter, expers.

Quædam obliquos tantum, vt Iouis, Ioui, Iouem, Ioue.

GRAM. INSTIT.

Quædam tres solum obliquos, opis, opem, ab ope.

Quædam duos, vt repetundarum, ab his repetundis.

Quædam vnum, vt inficias, sponte, natu. Grammatici multa anomala congerunt, quæ sine vlla iactura prætermitti possunt, maximè cum multa contra eorum præcepta apud idoneos auctores legantur.

DE VERBORVM PRÆ-  
teritis & Supinis.

\* vt lego  
perlego.

**S**implicium leges fermè \* coniuncta sequuntur.  
Hinc pauca excipiam, memori quæ mente repones.

\* vt Tendo  
terendi.  
extendo,  
extendi.

Cùm geminat primam simplex, \* composita priorem

Præteriti amittunt: præter præcurro, repungo:

Quæq; sibi gignunt sto, do, cum poscere, disco.

Præteritis quæcunq; carent, spoliato supinis,

Vt glisco, vergo ferio, cum polleo, vado,

Ambigo, cum satago, queso, quibus hisco, fatisco,

Et furii, & mæret, tum aueo, tum ringor, & aio,

Et vescor, liquor, medeor, reminiscor, adauge.

Insuper à verbo, seu nomine nata, tepesco,

\* vt cana-  
curio, di-  
cturio.

Mitesco veluti, quorum de nomine l is est:

Aut certè capiant à verbis vnde trahuntur,

Adde quibus nomen vehemens \* meditatio fecit,

Esu-

LIBER I.

Esurit excepto. veterum monumenta reuolue.

PRIMA CONIUGATIO.

**P**reteritum prima facit aui, atumq, supinum,

Ut neco: nam necui, nectū sibi \* pignora seruant.

\* At cubui, domui, crepui, vetuiq, supina (tur.

Dant in itum, vt cubitum: hac tonui, sonuiq, sequun-

M, cubo, cum recipit, tantum tibi tertia flectet:

\* Ast id preteritis expungitur, atque supinis.

Dimicat aui, atum. \* micui nil amplius optat.

A fricui frictum: à secui deducito sectum.

A laui lotum, aut lautum, nec sperne lauatum.

Ex lauo compositum, ceu diluo, tertia poscit.

Potatum à potō, seu potum flectito. Iuui,

A iuuo tantum, vel capies à prole supinum.

Dat plicui, plicitum, \* compositum poscit vtrumq.

Supplicat aui, atum, genitumq, ex nomine solum.

\* Ex do compositum, variabit tertia: prater

Que venum, circum, pessumq, satisq, crearunt.

Do, dedit atq, datum: verum didit omne ditumq,

Exigit, vt vendo, trado, quod tertia flectit.

A sto flecte, steti, statum: stiti at inde profecta.

Atq, stitum cupiunt, multo sed crebrius atum.

SECUNDA CONIUGATIO.

**A**ltera preteritis dat ui: dat itumq, supinis.

Ut moneo, taceo: gignit sed torreo, tostum.

Sorbeo cum \* socijs dat ui, tamen absque supino:

\* vt eneco

auī, atum,

& enecui,

enectum,

\* vt Cubo

domo,

crepo, ve-

to, tono,

sono.

\* vt discū-

bo, discu-

bui, discu-

birum.

\* vt Mico,

frico, leco,

lauo.

\* vt expli-

co, vt du-

plico.

\* vt vēdo:

condo, ve-

nundo, cir-

cumpes-

fundo, sa-

tifdo.

\* vt absor-

beo, exsor-

beo.

Ado-

GRAM. INSTIT.

A doceo, doctum: à teneo deducito tentum.

Censeo fert censum: mistum tibi misceo donat:

\* vt Hor- Quod dat, vi, \* neutrum. timeoq, carento supinis.

Igeo, egeo. Poscit itum valeo, careo. placeoq, dolet que,

Et iaceo, caleo, noceo, cum pareo iunge.

Dant, di, sum, video, sedeo, cum prandeo: verum

\* Strideo. S g. minat sessum: \* stridi nil postulat ultra.

Mordeo præterito geminato flebe momordi,

Morsum: sic spondet, tondet, sic pendeo flectes.

Manco. Dat \* mansi, man sum; minui sed præminet optat.

Prominet, immineo, simul eminet absq, supino.

Hæreo, dat si, sum, cum suadet, mulcet, & ardet.

Tergeo, cum mulget, ridet; sed torqueo tortum.

\* Iubeo. S, \* iussi iussum geminat. Indulgeo, si, tum.

Virgeo, si tantum, cum fulget, turget, & alget.

Lageo fert luxi, iam pridem quæro supinum.

Lucro duntaxat luxi, sic frigeo frixi.

Augeo præterito facit auxi, auctumq, supino.

\* Fleo, neo. Eui etum vico, \* flet, net, cum deleo, quaque

A pleo nascuntur, repleo ceu, suppleo, complet.

\* Cicio. \* Cui sume citum, quarta sed pignora redde.

\* vt ob- Nunc oleo dat vi, dat itum, si pignora \* patris

leo, sub- Que servant sensum: Eui, etum fert cætera \* proles,

\* vt obso- Ast aboleuit itum dat: fert adoleuit adultum.

leo. Ex veo fit, vi, tam, moueo, faueoque fatentur.

Acc-

LIBER I.

A caueo cautum: à faueo deducito fautum.

Vi neutrum tantum poscit, ceu flaueo, liuet,

Et paueo, feruet: \* conuiui, hoc postulat, & Xi.

Audeo nunc ausus, gauisus gaudeo poscit,

Et solitus soleo, solui tibi Crispe placebat.

TERTIA CONIUGATIO.

Postulat in Spicio aut Licio quod desinit, exi,

Pectum, vt conspicio, allicio: tamen \* elicit optat

Elicui, elicium; à \* feci deducito factum:

Aieci iactum: dat fodi, s, duplici fossum:

Vult \* fugi fugitum: sapui sapientie, nec ultra

Progreditur sapio; cupio, iui, gignit & itum.

Dat capio, cepi, captum: sed caepio prisca

Fert capi caeptum: à \* rapui deducito raptum.

Dat \* peperit partum, aut paritum: sint pignora quarta.

Dant cussi, cussum, \* Cutio finita: parente

Vteris \* quass, quassum, si legeris vsquam:

Rite uo, poscit ui, ac utum, sit diluo testis:

Aruo, dic ruitum, sed utum dant pignora tantum.

Astruxi struxum: à \* fluxi deducito fluxum.

Congruo, nulla luo, metuog, pluoque supina,

Annuo, \* cum socijs, batuo, ingruo, respuo gignunt.

Bo, dat bi, \* dat itum. Scabo, lambo, carento supinis.

A scripsi scriptum: à nupsi deducito nuptum.

\* Ici fert ictum: à \* duxi depromito ductum.

A parsi parsum, geminat quoque parco peperci:

\* Conui-  
uco.

\* Elicco.  
\* Facio.

\* Iacio.  
\* Fodio.  
\* Fugio.

\* Rapio.

\* Pario.

\* vt Execu-  
tio, discu-  
tio.

\* Quatio.  
\* vt Diruo

obruo.

\* Struo.

\* fluo.

\* vt renuo  
innuo.

\* vt Bibo.

Scribo,

nubo:

\* Ico, duco

Vin-

GRAMM. INSTIT.

- Vinco cupit vici, victum, à \* dixi exige dictum:
- \* Dico. Sco, vi, tumq; petit, seu nosco, quiesco, suesco.  
Dat gnitus agnosco, cognosco iungitur illi.
- \* Conqui-  
nisco. Dat pasco pastum: \* conquexi linque vetustis.  
Ut disco didicit tantum, sic posco poposci.  
Dispesco dat ui, pariter compescere solum.  
Do, di, sum gignit, veluti defendere, cudo.  
N, tamen admittunt, fundo, cum scindere, findo:  
S, geminat fissum, ac scissum, dat pandere passum.
- \* Retundo  
retusum. Tundo petit tutudi, tunsom: sed \* pignora tusum.  
Sume cado, cecidi, casum. cape cado, cecidi,  
Casum: dat tentum, vel tensum, tendo, tetendi.  
Pedo pepedit habet: pensum fert pendo pependi.  
Tum rudo, tum sido, tum strido carento supinis.  
Dant si, sum, claudio, lado, cum rodere, trudo,  
Diuido, cum plaudo, rado, cum ludere: vasi
- \* vt inua-  
do. Ac vasum à vado, capiant sibi \* pignora tantum.  
Cedo petit cessi, cessum facit inde supino.  
Dat Xi, etum Go, vel Guo, vt plango, extinguo: supinis.
- N, tamen abijciunt stringo, cum pingere, fingo.
- \* Pago,  
priscum  
est. Tango cupit tetigi, tactum: egi ago poscit, & actum.  
Sume \* pago pepigi pactum: cape pangere, panxi,  
\* Impegi  
compegi. Vel pegi pactum: gaudent \* composta secundo.

Dat



LIBER I.

Dat legi lectum: fregi dat frangere fractum.

Negligit exi, ectum, cum intelligo, diligo poscit.

Prodigo, cum dego, sugo, priuato supinis:

Dat pungo, pupugi, punctum: dant \* pignora ferme

\* vt ex-  
pungo.

Punxi. vult. si, sum, spargo, cum mergere, tergo.

Dant xi, xum figo frigo: caret ango supinis.

A\* traxi, tractum: a \* vexi, deducito vectum.

\* Traho  
\* vcho.

Meio facit minxi mictum, nec plura require.

Lo \* luit, atque litum: colo cultum, consulo gignit

\* vt molo.

Consultum, occultit occultum, ast alo poscit & al-  
rum.

Ante \* caret cello: praeello, excello supinis.

\* Antecel-  
lo.

Prateritum duplex, perculsi perculit optat

Percello, perculsum, haud plura require supina.

Dat pello pepuli, pulsum: vult fallo fefelli,

Falsum: a velli, vel vulsi deducito vulsum.

Sublatum tollo nunc tantum, ac sustulit optat:

Sallo facit falli, falsum: dat psallere psalli.

Malo, volo, nolo, tum psallo carento supinis.

Mo \* per vi, dat itum: tremo si dicitur absq, supino. \* vt vomo;

Dant psi, ptum demo, promo, cum, sumere, como.

\* Emi fert emptum: premo pressi, ss. duplici pressum.

\* Emo.  
\* Pono,  
\* gigno;

Dat \* posui positum: \* genitum genuisse reposcit.

Dat ce-

GRAM. INSTIT.

- \* Cōcinni  
eoneentū: Dat cecini, cantum, \* cinui dant pignora centum,  
A sino fit siui, atq<sub>3</sub> situm: dat sternere, stravi.  
Ac stratum: spreui, spretum, dat spernere: cerno
- \* Decreui  
Decreuū: Creui, sed cretum capiunt sibi \* pignora solūm.  
Dat tempfi, temptum, temno, si legeris vsquam:  
Lini, vel liui leuive, litumque trisulcum  
Fert lino: Po, psi, ptumq<sub>2</sub> petit, seu scalpere, carpo:
- \* Strepo,  
\* Rumpo.  
\* vt relin-  
quo.  
\* Coquo. A strepui strepitum: à \* rupi deducito ruptum.  
Linquo sibi liqui, cupiunt sibi \* pignora listum.  
Dat \* coxi coctum: tero triui, poscit & itum.  
A gero fit gessi, gestum: dat curro cucurri,  
Cursum: quaesitum quaero, quaesuit habeto:
- \* Fero: \* Ferre, tuli, larumque: vro dabit vsit, & vstum.  
Præteritum verri à verro est, versumq<sub>2</sub> supinum.  
A sero fit seui, atq<sub>2</sub> satum: vi rustica \* proles  
Fert & itum: dat vi, ertum, aliena à rure \* propago:  
\* So, siui, situmq<sub>2</sub> petit: dat visere visi,  
Ac visum: incesso incesi, tamen absque supino.  
\* vt obse-  
ro, circū-  
fero. Pinsitus, ac pistus, pinsusq<sub>2</sub> à pinsuit exit.  
\* vt exero  
desero. Xi, xum, dant plecto, cum flecto, neclere, pecto:  
\* vt ca-  
pello, fa-  
tello. Dant quoq<sub>2</sub> pecto, xui, nectoq<sub>2</sub>. peto, iuit, & itum:  
Stertuit à sterto tantum: meto messuit oprat,  
Ac messum, ss, gemino: misi dat mitto, supinum  
S, duplici missum: à \* verti deducito ver sum:

\* verto:

Sisto

LIBER I.

*Sisto stiti statum actiuum, neutrale sequetur*

*Sto verbū, vnde stiti, atq; stitū sibi \* pignora sument.*

*A vixi, victum, à \* volui desleete volutum.*

*Texui amat texo, ac textum: \* soluiq; solutum.*

DE PRAETERITIS ET SUPINIS  
quartae coniugationis.

**I** *Vi, itum, vt polio, fastidio quarta requirit.*

*Fert veni, ventum venio: \* sepelire sepulium.*

*Singultum \* singultit ama: dat \* amixit amictum,*

*Ex pario \* narum per vi flectatur, & erium.*

*Comperio, \* reperitq; petit Ri, pōscit & erium.*

*Sancio dat sanxi, sanctum, simul optat & itum.*

*Sentio vult, si sum: sepsi dat sepio, sepium.*

*\* Hausi fert haustum: dat vinxi vincio vinctum:*

*Farcio dat farsis, fartum: vult fulcio, fulsi;*

*Ac fultum: farsis, fartum dat sarcio verbum.*

*Veneo fert venum, quod fermè veniūt optat.*

*Dat \* salui saluum: proles sibi vendicat vltum.*

DE PRAETERITIS ET SUPINIS  
verborum deponentium.

**E** *X Or firitis actiuam fingito vocem,*

*Vt vereor, vereo, veritum fuet inde supinum,*

*Præteritumq; simul, veritus sum; cætera fingi*

*Hac ratione queunt, pauca excipienda memento;*

*A reor esto ratus: nanciscor nactus habeto.*

*Orsus ab ordiri deducitur: vsus ab vtor.*

\* Vt confu-  
sto, in-  
sto.

\* Vino,  
\* voluo.  
\* Soluo.

\* Sepelio,  
\* singultio  
\* amicio.  
\* vt aperio  
operio.  
\* Reperio.

\* Haurio.

\* Salio, In-  
filio.

C

Vult

GRAM. INSTIT.

Vult fateor fassus: proficiscor sume profectus.

Metiri mensur gignit, pactusq; paciscor.

Comque miniscor amat commentum: adipiscor ad-  
eptum.

Vltus ab vlciscor venit: expergiscor habebit

Experrectus: at oblitum obliuiscor adoptat.

Da labor lapsus, misereri funde misertus.

Fert vtus loquor, atq; sequor: quoror accipe questus;

Dat nitor, nixus, nisusq;: gradi accipe gressus.

Redde fruor fructus: morior tibi mortuus haeret.

Nascor amat natus: tandem fert ortus oriri.

In tribus extremis, per, iterus, flecte futurum.

Dat patior, passum, inuisum mortalibus agris.

---

SYNTAXEOS FACILIORA

PRAECEPTA.

QVID SIT SYNTAXIS.

**S**yntaxis Græcè, Latine Constructio, est re-  
cta partium orationis inter se compositio;  
Hæc duplex est: Altera transitiva, cum partes ni-  
mirum orationis in casum dissimilem præce-  
denti transeunt. Cic. ad Att. l. 2. Pompeius amat nos,  
carosq; habet. Altera intransitiva, cum orationis  
partes, aut nullum post se casum habent. Idem ad  
Q. F. lib. 3. Valent pueri, studiose discunt; diligenter  
docentur: aut certè non diuersum ab eo qui ante-  
cessit. Idem Phil. 3. Pax est tranquilla libertas.

DE

## PRAECEPTA.

### DE CONSTRUCTIONE

#### Intransitiua.

**V**erbum personale finiti modi, antecedit Nominatiuus apertè vel occultè, eiusdem numeri & personæ. Cic. lib. 14. *Si vaies bene est, ego quidem valeo.*

Verbum personale infiniti modi, postulat ante se accusandi casum. Terent. in Adel. *Saluum te aduenire gaudemus.*

### DE ADIECTIVIS ET SUB- stantiuis.

**N**omina adiectiua, Pronomina & Participia, cohærent cum suis substantiuis genere numero & casu. Cic. in Ver. act. 6. *Erat hyemis summa, tempestas perfrigida, imber maximus.* Ter. in Eun. *Ille bonus vir nunquam apparet.* Curt. l. 6. *Parua sæpe scintilla contempta, magnum excitauit incendium.*

### RELATIVA.

**R**elatiuum Qui, Quæ, Quod, concordat cum antecedente, in genere, & numero, Cic. ad Tir. lib. 16. *Nemo nos amat, qui te non diligit.*

Relatiuum Qui, Quæ, Quod, si inter duo substantiua ponatur, cum alterutro consentire poterit, etiam si alterum proprium sit.

Sal. Cat. *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.* Cic. 2. de Natur. *Propius à terra Iouis stellæ fertur, quæ Phaeton dicitur.*

SYNTAXEOS  
SUBSTANTIVA CON-  
tinuata.

**S**ubstantiua continuata quæ ad eandem rem spectant, casu concordant, quamuis genere & numero aliquando dissentiant, vt: *Marc. Tublius Cicero Publio Lentulo Proconsuli salutem plurimam dicit. Plin. lib. I. Epist. ad Caninium. Quid agit Comum tua, meæq; delicia?*

Continuata substantiua dicuntur, quæ nulla coniunctione sunt vincæta.

UTRINQUE NOMINANDI.  
casus.

**O**mne verbum personale, finiti modi, utrinque Nominatiuum habere potest, cum utrunque nomen ad eandem rem pertinet, cuiusmodi maximè est, verbum substantiuum, Vocatiuum, & alia quamplurima. *Terent. in Phorm. Senectus ipsa est morbus. Salust. Cat. Virtus clara æternæq; habetur Cic. in Phil. 2. Defendi Remp. adolescens, non deseram senex.*

NOMINATIVVS POST  
verbum infinitum.

**V**erbum personale infiniti modi, post se Nominatiuum petit, cum res ad Nominatiuum præcedentis verbi pertinet. *Cic. de nat. Deor. Nolo esse longior. Idem pro Mar. Malui videri nimis timidus, quam parum prudens.*

Rem pertinere ad nominatiuum præcedentis verbi interrogatione cognoscimus. Exempli causa: *Cæsar cupit esse rex. Quis cupit esse Rex? Cæsar.*

IN-

## PRAECEPTA.

### INTERROGATIONIS ET RESPONSIO- nis consensus.

**I**nterrogatio & Responsio casu consentiunt,  
vt: *Cui praeceptorum dedisti operam? Platoni. Cuius  
haec est oratio? Ciceronis.*

### DE CONSTRUCTIONE.

#### Transitiua nominis.

#### GENITIVVS POST NOMIN.

**Q**uotiescunque duo nomina substantiua re-  
rum diuersarum in oratione continuantur,  
alterum erit genitiui casus. *Cic. in Pison. Suppli-  
cium est poena peccati. Idem ad Cali. Mirum me desi-  
derium tenet urbis. Idem de amicit. Maximum orna-  
mentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam.*

Adiectiua cum substantiue ponuntur, more  
substantiuorum construuntur. *Cic. de sen. Tan-  
tum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires,  
non opprimantur. Idem ad Toranniū. Praesertim cum  
rerum omnium mors sit extremum.* Huius classis  
sunt. Multum, plus, plurimum, tantum, quantum,  
minus, minimum, summum, extremum, vlti-  
mum, postremum.

Substantiua cum ad laudem vel vituperatio-  
nem referuntur, genitiuo vel ablatiue gaudent:  
*Cic. ad Marcel. Neq; te monere audeo praestanti  
prudentia virum: neq; confirmare maximi animi ho-  
minem.*

Adiectiua, quæ scientiam, communionem,  
copiam & his contraria significant, cum Geni-  
tiuo iunguntur, vt: *Peritus, ignarus, particeps, Ex-  
pers,*

## S Y N T A X E O S

pers, plenus, inanis. *Cic. in Br. Fabius pector, & iuris, & litterarum, & antiquitatis bene peritus fuit. Idem lib. 5. de Fin. Virtutes ita copulatae, connexaeque sunt, ut omnes omnium participes sint. Idem ad Papyr. lib. 9. Stultorum plena sunt omnia.*

Partitiua Genitiuo multitudinis gaudent. *Cic. lib. 1. de Nat. Deor. Elephanto belluarum nulla est prudentior. Idem de Senect. Minus habeo virum, quam vestrum veteris.*

Partitiuum nomen est, quod significat multa figillatim, ut: Quisque, unusquisque, vterque, neuter. vel vnum è multis, ut: Alter, alius Partitiua sunt, Alius, aliquis, Alter, Alteruter, Nemo, Neuter, Nullius, Quis, Quicumque, Quidam, Quilibet, Quisquis, Quius, Quispiam, Quisquam, Quisque, Solus, Vllus, unusquisque, Vter, Vterque, Vtercunque, Vterlibet, Vteruis.

### S V P E R L A T I V A

**S**I multa eiusdem generis comparentur, utendum est superlatiuo, cum Genitiuo Plurali. *Cic. 5. Tusc. Theophrastus elegantissimus omnium Philosophorum, & eruditissimus, non magnopere reprehenditur, cum tria genera dicit bonorum. Plin. lib. 33. c. 1. Demosthenes summus oratorum Graeciae.*

### G E N I T I V V S V E L D A T I V V S post Nomen.

**N**Omina quae similitudinem aut dissimilitudinem significant, interrogandi, vel dandi casum exigunt. *Cic. lib. 5. de Fin. Non video cur non potuerit patri similis esse filius. Idem de claris Orat. Nihil tam dissimile, quam Cotta Sulpitio.*

D A



PRÆCEPTA.

DATIVVS POST NOMEN.

**N**omina, quibus cōmodum, voluptas, Gratia, fauor, æqualitas, fidelitas, & his contraria significantur, Dativum poscunt, vt: *Consul salutaris, perniciosus Reip. Iucundus, Molestus, Gratus, inuisus, Propitius, infestus ciuibus: Fidus, infidus, imperio: Par, impar, tanto oneri. Cic. ad Cæc. lib. 6. ep. Erat meum consilium, cum fidele Pompeio, tum salutare vtrique.*

ACCVSATIVVS VEL ABLATIVVS  
post nomen.

**A**diectiua, quibus generalis dimensio significatur, Accusativum, vel Ablativum casum postulant, qui certam mensuram significet. *Liu. fossam sex cubitis altam, duodecim latam cum duxisset, extra duplex vallum fossa circumdedit. Columella lib. 5. c. 3. Est ager longus pedes mille & ducentos, latus pedes centum viginti.* Generalem mensuram significant, Longus, latus, Altus, Profundus, Crassus. Certam verò, Digitus, Vncia, Palmus, Dodrans, Pes, cubitum, vlna, passus, stadium, miliare, siue miliarium.

ABLATIVVS POST  
Nomen.

**E**xtorris, nudus, dignus, contentus, inanis, Atque refertus, inops, locuples, alienus, onustus.

Immunis, plenus, cassus, diuesque, potensque, Tum fretus, vacuus, tum captus, præditus, orbis,

## SYNTAXEOS

Indignus, liber, viduus sibi iure latinum  
Assumunt casum, vt: *summo vir dignus honore.*

### OPVS.

**O**pus nomen adiectiuum, accedente verbo substantiuo, ablatiuum postulat *Terent. in Andr. Nihil isthac opus est arte ad hanc rem quam paro. Cic. ad Att. lib. 12. Apud Terentiam gratia opus est nobis & tua auctoritate.*

Adiectiua diuersitatis & numeralia ordinis ablatiuum cum præpositione a, vel, ab, admittunt. *Cic. 4. Acad. Certa cum illo, qui à te totus diuersus est. Idem ad Att. lib. 6. Nauigationis labor alienus ab ætate nostra.*

### COMPARATIVA.

**C**omparatiuo vtimur cum ablatiuo, quando vel plura diuersi generis comparantur. *Cic. in Cat. Luce sunt nobis clariora tua consilia. Curt. lib. 9. Maiora sunt præmijs pericula.* Vel cum duo eiusdem aut diuersi generis conferuntur. *Cic. ad Octa. Quæ non posterior dies acerbior priore, & quæ non insequens hora, antecedente calamitosior pop. Ro. illuxit? Virtus multò pretiosior est auro.*

Præter suum casum admittunt comparatiua ablatiuum significantem excessum. *Cur. lib. 5. Turres denis pedibus, quàm murus altiores sunt.*

Item hos ablatiuos, opinione, spe, æquo, iusto, solito, dicto. *Cic. de clar. orat. Opinione ego omnium maiorem cæpi dolorem. Liu. Dicto propè citius equum in viam claudius egit.*

## DE CONSTRUCTIONE Transitiua verbi,

GE-

PR A E C E P T A.

GENITIVVS POST VERBVM.

**S**VM Genitium petit, cum possessionem significat: Cic. ad Ca. li. 2. ep. *Iam me Pompeij totum esse scis.* aut ad aliquid pertinere: Idem in M. Ant. ph. 12. *Cuiusvis hominis est errare, nullius nisi insipientis, perseverare in errore.* Cic. de Offic. lib. 1. *Adolescentis est maiores natu vereri.*

Misereor, fatago, Genitium sibi asciscunt: Cic. li. 4. ad Att. *Qui misereri mei debent, non desinunt invidere.* Ter. in Heaut. *Climia rerum suarum fatagit.*

Obliviscor, recordor, reminiscor, meminisse pro recordor, tam Genitium, tum Accusatiuum postulant. Cic. 3. Tusc. *Est proprium stultitiae, aliorum vitia ceruere, oblivisci suorum.* Idem in M. Ant. ph. 8. *Omnia obliviscor, in gratiam redeo.* Ter. Eunu. *Faciam ut mei semper memineris.* Cic. de Sen. *Omnia quae curant senes memincent.*

DATIVVS POST VERBVM.

**S**VM, modò dativum vnum habet. Cic. ad At. lib. 6. *Sed nuntiant melius esse ei.* Ter. Adelph. *Natura tu illi pater es, consilijs ego:* modò duos. Cic. ad Att. li. 3. *Respondebo primum postremae tuae paginae, quae mihi magna molestia fuit.*

Sum variè cum Dativio construitur: modò enim pro habere ponitur, vt: *Sunt mihi omnia scripta Ciceronis. Summa mihi tecum necessitudo est:* modò cum duobus Dativis iunctum exponitur per verbum Afficio, seu Afferro. *Epistola tua fuit mihi magna molestia. Et parentibus*

SYNTAXEOS

honoris, & amicis utilitati, & reip. emolumento esse poteris.

Datius etiam verbi sum, pro nominatiuo ponitur. Cic. 1. de diu. Quod ne dubitare possumus maxime, est argumento quod nuper contigit.

Verba quæ auxilium, adulationem, cōmuniōnem, commodum, incommodum, fauorem, studium significant, dandi casum postulant, vt: Auxilior, adulator, commodo, incommodo, faueo tibi, studeo Philosophia. Cic. in Ver. 1. 6. Homini iam perditto, & collum in laqueum inferenti subuenisti. Cic. de orat. 1. 1. Cū ita balbus esset Demosthenes, vt eius ipsius artis cui studeveret, primam literam non posset dicere, perfecit meditando, vt nemo planius eo locutus putetur.

Auxilium significant, Auxilior, opitulator, subuenio, succurro.

Adulationem, adulator, assentior, blandior.

Commodum, consulo pro prospicio, prouideo, prospicio, timeo.

Incommodum, Doleo, incommodo, detraho, impono, irascor, illudo.

Fauorem, Faueo, studeo, arrideo, assentio, vel assentior.

Studium, Studeo, vaco. Singulorum exempla frequentissimè occurrent.

Datiuo item adhærent, composita ex verbo sum, & quæ obsequium, obedientiam, submissionem, repugnantiam significant, vt: Prosum, obsequor, obtempero, seruiō, repugno tibi. Cic. 1. 2. de offi. Contemnuntur ij, qui nec sibi, nec alteri profunt

(vt

P R A E C E P T A.

(*ut dicitur*) in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Idem pro Sylla. Ego vero quibus ornamentis aduersor tuus? aut cui dignitati vestrae repugno?

Composita ex verbo substantiuo sum: absum, adsum, desum, insum, intersum, obsum, praesum, profum, subsum, supersum.

Obsequium significant. Inseruio, indulgeo, morior, obsecundo, obsequor, placeo, satisfacio.

Obedientiam, ausculto, obedio, obtempero, pareo.

Submissionem, ancillor, famulor, seruio, cedo.

Repugnantiam, aduersor, obisto, obstrepro, reluctor, repugno, resisto, reclamo, refragor.

A B L A T I V V S P O S T V E R B V M.

**S**vm ablatiuum petit, significantem laudem vel vituperationem. Cic. Len. lib. I. ep. Tu fac animo forti magnoque sis. Idem post red. ad Quir. Bonae valetudo iucundior est eis, qui e graui morbo recreati sunt, quam qui nunquam agro corpore fuerunt. Idem cont. Rull. Quem vestrum tam tarde ingenio fore putauit? Idem in Bruto. Summo iste quidem ingenio dicitur fuisse.

Interdum etiam Genitiuum habet cum laus vel vituperatio significatur: Cic. pro Sest. Nimum me timidum, nullius animi, nullius consilij fuisse confiteor. Idem ad Octa. Antonius vir maximi animi, utinam etiam sapientis consilij fuisset. Plin. l. 4. ep. Erat puer acris ingenij, sed ambiguus.

His egeo, indigeo, careo, vaco, victito, vescor,

Viuo, superfedeo, potior, delector, abundo,

Mano, redudo, fluo, scateo, fruor, atq; laboro,

Glo

## SYNTAXEOS

Glorior, oblector, lætor, quibus addito nitor.

Consto, pluit, valeo, possum, sto, fungor, & vtor.

Quem Graij ignorant casum tribuere Latini.

*Cic. Q. Frat. lib. 3. Incredibile est, mi frater, quam egeam tempore.*

Hæc tria tamen, Egeo indigeo, potior etiam casum interrogandi admittunt. *Cic. Att. lib. 7. Egeo consilij, quod optimum factu videbitur facies.*

### DE CONSTRUCTIONE verbi actiui.

**V**erbum actiuum, vel potius accusatiuum, verbum, cuiuscunque id demum positionis sit, post se accusandi casum postulat, vt: *Deum cole, Imitare Diuos, Amplexere virtutem, Noui animi tui moderationem,*

### GENITIVVS PRAETER Accusatiuum.

**V**erba accusandi, absoluendi, damnandi, potissimum accuso, accerso & arcesso, arguo, alligo, astringo, coarguo, defero, incuso, infamo, infimulo, postulo, absoluo, damno, condemno, conuincio, præter accusatiuum Genitiuum admittunt, qui pœnam crimenve certum aut incertum significet. *Cic. pro Rab. An non intelligis primum quos homines, & qualas viros mortuos summi sceleris arguas? Ter. Eunuch. Hic furti se alligat.*

Absoluo, libero, alligo, astringo, mulcto, obligo,

P R A E C E P T A.

ligo, obstringo, quemadmodum suapte natura Ablatiuum petunt, ita & ablatiuum significantē, pœnam crimenue, sine præpositione admittunt: *Liu. dec. l. 1. Ego me, etsi peccato absoluo, supplicio non libero. Cic. de orat. lib. 1. Vitiâ hominum, atque fraudes, damnis, ignominijs, vinculis, verberibus, exilijs, morte multantur.*

Miseret, miserescit, piget, pœnitet, pudet, tædet, Genitiuum habent cum Accusatiuo, *Plaut. Trinum. Miseret te aliorum, tui te nec miseret, nec pudet. Ter. Heaut. Inopis te nunc miserescat mei. Cic. pro Plan. Vide quam me verbi tui pœniteat.*

Eandem constructionem, admittunt admonéo, commoneo, commonefacio. *Quinti. lib. 1. cap. 5. Grammaticos sui officij commoneo.*

Verba æstimandi, præsertim æstimo, duco, facio, habeo, pendo, puto, præter Accusatiuum hos terè Genitiuos assumunt, magni, maximi, pluris, plurimi, parui, minoris, minimi, tanti, tantidem, quanti quanticunque. *Cic. Att. l. 2. Facio pluris omnium hominum neminem. Ter. Andr. Merito te semper maximi feci Chrome. Idem Heaut. Tu illum nunquam ostendisti, quanti penderes. Cic. 2. de Fin. Magni æstimabat pecuniam.*

Genitiui Flocci, pili, assis, teruntij, nihili, cum verbo facio iunguntur. *Cic. de Fin. lib. 2. Eum nihili facit. Dicimus etiam, Tuas minas huius non facio. flocci, tuas fortunas, pendo, non assis, non flocci æstimo, pro nihilo habeo, puto, duco diuitias omnes præ virtute. Non nihilo bonam valetudinem æstimo.*

D A

SYNTAXEOS  
DATIVVS CVM ACCV-  
fatiuo.

**V**erba dandi, reddendi, committendi, pro-  
mittendi, declarandi, anteponendi, postpo-  
nendi, præter accusatiuum Datium exigunt.  
*Cic. pro Plancio. Salutem ydem tibi dare possunt, qui  
mibi reddiderunt. Ter. And. Facile omnes cum vale-  
mus, recta consilia egrotis damus.*

Dandi verba sunt: Do, dedo, tribuo, largior,  
concedo, ministro, suppedito, comodo, præbeo,  
exhibeo, impendo. Reddendi, Reddo, restituo,  
Refero, Remunero, Rependo, Remetior, Sol-  
uo. Committendi. Committo, mado, comendo,  
Trado, credo. Promittendi, Promitto, polliceor,  
spondeo. Declarandi, Aperio, declaro, expono,  
explico, significo, indico, demonstro, ostendo,  
dico, narro, loquor. Anteponendi, Antepono,  
antefero, præpono, præfero.

GEMINVS ACCVSATIVVS  
post verbum.

**M**oneo, doceo, cum compositis. Item fla-  
gito, efflagito, posco, reposco, rogo, in-  
terrogo, celo, duos accusandi casus admittunt.  
*Cic. Att. l. 14. Id ipsum quod me moneo, quatri duo an-  
te ad eum scripseram. Idem ad eundem lib. 9. Illud  
me præclare admoneo.*

ABLATIVVS PRAETER  
Accusatiuum.

**I**nduo, insterno, Vestio, Luxo, Calceo, cingo,  
& his similia, Ablatiuum præter Accusatiuum,  
sibi adsciscunt. *Cic. de nat. Deor. lib. 2. Oculos na-  
tura*



PRÆCEPTA.

*tur a membranis tenuissimis vestiuit, & sepsit. Idem  
ibid. l. 3. Diligentius urbem religione, quam ipsis mœni-  
bus cingitis.*

ABLATIVVS CVM PRÆPOSITIONE  
à, vel ab, præter Accusatiuum.

**V**erba petendi, percontandi, præter Accusa-  
tiuum ferè Ablatiuum cum præpositione  
a, vel, ab postulant, vt: posco, reposco, flagito, ef-  
flagito, postulo, deprecor, peto, contendo, exigo.  
*Cic. Verr. lib. 1. Nihil est quod minus ferendum sit,  
quam rationem ab altero vita reposcere eum, qui non  
possit suareddere. Idem Figulo. Quid acta vita, quid  
studia tua à te flagitent, videbis.*

VERBUM PASSIVVM.

**V**erbum Passiuum Ablatiuum cum præpo-  
sitione, à, vel, ab, postulat post se, qui ex  
nominatiuo verbi actiui fit.

*Cic. de nat. Deor. lib. 1. Nihil est virtute amabilius,  
quam qui adeptus est, vbiq; erit gentium, à nobis  
diligetur. Idem Att. lib. 3. An tu existimas ab vno mal-  
le me legi probariq; quam à te.*

Vapulo, venco, fio, vt passionem significant,  
ita passiuorum more construuntur, vt: *Malo à  
parentibus vapulari, quam assentatoribus aures pa-  
tefacere. Cic. ad Tir. lib. 16. ep. Quantum diligentia  
in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te  
iudicabo. Quin. lib. 12. cap. 1. Fabricius respondit, à ciue  
se spoliari malle, quam ab hoste venire.*

COMMVNES OMNIUM VER-  
borum Constructiones:

GENI-

SYNTAXEOS

GENITIVVS COMMVNIS

**P**ropria pagorum, castellorum, urbium, primæ vel secundæ declinationis, ponuntur in Genitiuo post quoduis verbum, si interrogatio fiat per aduerbium vbi. *Cic. Att. lib. 4. Ignatius Romæ est. Idem ad Q. F. lib. 2. Accepi literas tuas datas Placentiæ.*

Propria sequuntur appellatiua quatuor: Humi, belli, militiæ, domi: quorum postremo ad iungi possunt adiectiua, meæ, tuæ, suæ, nostræ, vestræ, alienæ. *Cic. 5. Tusc. Theodori nihil refert, humine an sublime putrescat. Sal. Cat. Domi militiæque boni mores colebantur. Cic. ad Marc. lib. 4. Nonne maus sine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo alienæ.*

Si propriæ fuerint tertiæ declinationis, vel pluralis numeri, sexto casu vtendum est. *Cic. diuin. Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus. Idem. Att. lib. 16. Malo cum timore domi esse, quam sine timore Athenis tuis. Idem ad eundem lib. 9. Lentulum nostrum scis Patcolis esse.*

Si per Aduerbium Quo fiat interrogatio, accusandi casu efferuntur, cuiuscunque sint declinationis ac numeri, vt: Quo is? Romam, Brundisium, Carthaginem, Athenas, Delphos, Gades, Rus, Domum, *Cic. Att. lib. 14. Epistolas Catinam, Taurinum, Syracusas commodius mittere poterò. Ter. Heaut. Domum reuertor mæstus. Idem Eunuch. Rus ibo. Cic. pro Archia. Eum domum suam receperunt. Liu. lib. 5. bel. Mac. Athenas primū, inde Calchidem, inde in Thessaliam ire.*

Si

## P R A E C E P T A.

Si per vndè, aut quà, fiat interrogatio, Ablatiuo vtemur, vt: *Vnde redis? Roma, Carthagine, Athenis, Delphis, Gadibus, Rure, Domo. Qua iter fecisti? Roma, Brundusio.* Cic. Atti. lib. 5. *Accepi Roma sine tua epistola fasciculum literarum.*

Nomina insularum, regionum, prouinciarum, cæterorum denique locorum, præpositionem ferè desiderant. Cic. in Verr. lib. 4. *Ex Sicilia in Africam gradus imperij factus est Romanis.*

### D A T I V V S C O M M V N I S.

**Q**uoduis verbum admittit Dativum eius personæ, in cuius gratiam commodum, vel incommodum aliquid fit. Plaut. Milit. *Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.* Liu. Magno illi *ea cunctatio stetit.*

### A C C V S A T I V V S C O M M V N I S

Temporis.

**T**empus accusatiuo vel ablatiuo casu efferatur, si per quamdiu fiat interrogatio, vt: *Quamdiu regnavit Romulus? Septem & triginta annos, vel annis.* Liuius, *Romulus septem & triginta regnavit annos.* Suet. in Cali. *Vixit annis viginti novè, imperavit triennio, & decem mēsis, diebusq; octo.*

Si vero per Quando fiat interrogatio, ablatiuo vtemur, vt: *Quando datum est tibi hoc negotium? anno superiore.* Cic. 5. Tusc. *Heroicis etiam ætatibus Vlysses & Nestorem accepimus, & fuisse, & habitos esse sapientes.*

### A C C V S A T I V V S C O M M V N I S S P A T I I.

**C**uius verbo apponi potest accusatiuus qui distantiam loci significat. Cic. ad Tiron, lib. 16.

D

lib. 16.

## SYNTAXEOS

*lib. 16. Is locus est circa Leucadem stadia viginti. Idē Att. lib. 15. Cubitum nullum assiduo cursu processit. Idē pro Deiot. Negat se à te pedem discessisse. Liu. Mille, & ducentos passus ibi latitudo paret. Interdum Ablatiuo vtuntur scriptores. Cas. de bel. gal. l. 1. Eo die castra promouit, & millibus passuum sex, à Caesaris castris sub monte confedit.*

### ABLATIVVS INSTRUMENTI Modi, Causæ, Actionis.

**Q**Væuis verba ablatiuū admittunt significātem instrumentum. *Ter. Adelp. Hisce oculis egomet vidi. Cic. in Verr. Sex liētores circumstant valentissimi, cadunt acerrimè virgis.*

Aut causam propter quam aliquid fit. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. Vestra culpa hac acciderūt. Idem in Bruto, Vereor ne amore videar plura, quam fuerint, in illo dicere. Ter. Adelp. Dolore ac miseria tabescit.*

Aut modum quo aliquid fit. *Cic. de senect. Sapientissimus quisque equissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo. Idem pro Flacco. Pacem maritimam summa virtute atque incredibili celeritate confecit.*

Modum actionis per interrogationes cognoscimus, Quomodo, vt, *Quomodo tulit iniuriam? equo, iniquo, animo.*

### ABLATIVVS EXCESSVS.

**C**Viuis verbo adiungi potest Ablatiuus rei, qua excessus significatur. *Cic. de clar. Orat. P. Scipio omnes sale, facetiis, superabat. Idem lib. 2. de Orat. Lepore & humanitate omnibus prestitit Socrates.*

A B.

PRÆCEPTA.

ABLATIVVS PRETII.

**Q**uælibet verba ablativum admittunt significan-  
tem pretium, vt: *Senatus tritici modicum tribus denarijs estimavit. Magno has aedes edificavit. Plin lib. 7. c. 30. Viginti talentis unam orationem Isocrates vendidit. Livius. Multorum sanguine & vulneribus ea Pœnis victoria stetit.*

Verba quæ pretium significant, admittunt genitivos, tanti, tantidem, quanti, quanticunque, pluris, minoris. *Cic. de offi. lib. 2. Emit homo cupidus tanti, quanti valuit: Idem ibid. Vendo meum non pluris quam ceteri, fortasse etiam minoris. Idem in Verr. l. 5. Quanti frumentum sit considera, video esse binis sestertijs. Sen. lib. 5. Con. Tantidem redemi patrem, quanti à te redemptus sum.*

Genitivi Tanti, Quanti, Quanticunque, Minoris, in ablativum transeunt, si addantur substantiva. *J. u. Hic miles magis placuit, cum pretio minori redimendi captivos copia fieret.*

CONSTRUCTIO VERBI

Infiniti.

**V**erba infinita eisdem post se casus postulant, quos finita. *Cic. Tyron. lib. 16 ep. Malo te paulò post valentem, quam statim imbecillū videre.*

INFINITA CVM QVIBVS

verbis copulentur.

**V**erbis cæpi, soleo, debeo, cupio, adduntur Infinita, multisq; alijs, maximè ijs quibus voluntas explicari solet. *Cic. pro Rosc. Qui mentiri solet, peierare consuevit. Idem Tyro. lib. 16. Omnes cupimus, ego imprimis, quam primum te videre.*

SYNTAXEOS  
DE GERUNDIIS ACTIVIS.

**G**erundia quæ passionem non significant, casus suorum verborum admittunt, vt: *Tempus obliuiscendi iniuriarum, ignoscendi inimicis, coercendi cupiditates, abstinendi maledictis.*

GERUNDIA IN DI.

Gerundijs in di, adduntur substantiua, tempus, causa, studium, finis, & cætera eiusdem generis. *Cic. de senectute: Equidem efferor studio patres nostros quos colui & dilexi, videndi. Idem Att. lib. 10. Sit iam aut finis omnino deplorandi, aut moderatio.*

Item nonnulla adiectiua, vt: *Peritus, imperitus, cupidus, insuetus nauigandi, ignarus dicendi. Cic. de Orat. li. 2. Sum cupidus te audiendi.*

IN DVM.

Gerundijs in dum, proponuntur præpositiones, Ad, Ob, Inter. *Cic. 5. Tusc. Conturbatus animus, non est aptus ad exequendum munus suum. Liuius: Ipse inter spoliandum corpus hostis veretro percussus, inter primam curationem expirauit.*

IN DO.

Gerundia in Do, modo sine præpositione in oratione adhibentur. *Cic. ad Att. lib. 15. Plorando defessus sum, modo præpositiones, maxime, à, ab, de, in, assumunt. Idem 3. Tusc. Ab inuidendo autem rectè inuidencia dicta. Idem Curion. lib. 2. ep. Etenim quis est tam in scribendo impiger, quàm ego?*

### PRAECEPTA.

ego? Idem ad Att. lib. 8. Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sanè velim.

Nonnunquam, è, vel ex, cum, pro. Plaut. Aulul. Heus senex pro vapulando hercle abste mercedem petam. Quint. lib. 1. c. 5. Scribendi ratio conitincta cum loquendo est.

### GERUNDIA PASSIVA.

Gerundia quæ passionem significant, nullum post se casum admittunt, *Quin. lib. 2. cap. 3. Memoria excolendo sicut alia omnia augetur. Plin. lib. 13. c. 15. Rubens ferrum non est habile tundendo.*

### SVPINA IN VM.

Supina in Vm, amant verba, quæ motum adsignificant. *Ter. Phor. Percontatum ibo. Idem Heaut. Abi deambulatum, Liu. Cortolanus damnatus absens in Volscos exulatum abiit.*

Ante se nullum, post se suorum verborum casus habent. *Cæsar. de bell. gal. lib. 1. Legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium. Ter. Phor. Me vltro accusatum aduenit. Idem Eunuch. Nutricem accersitum iit.*

Supina in Vm, cum passionem significant, nullum post se casum desiderant, vt: *Vapularum, venum, exulatum.*

### SVPINA IN V.

Supina in V, ferè passiuæ significationis sunt sine casu, adhærentque nominibus adiectiuis. *Cic. Att. l. 7. Quod optimum factu videbitur, facies. Idem in Ant. ph. 4. Orem non modo visu fœdam, sed etiam auditu.*

SYNTAXEOS  
DE PARTICIPIIS.

**P**articipia eisdem casus habent quos verba à quibus proficiscuntur. *Pueri victoriam reportaturi, non delectantur duodecim scruporum ludo. Livijs, Ancus ingenti praeda potitus Romam redijt. Cic. Lentulo lib. 1. Totus nunc est ab ijs, à quibus tuendus fuerat derelictus.*

Participia inans, ens, interrogandi casu gaudent, cum fiunt nomina. *Ter. Phor. Herus liberalis est, & fuguans litium. Cic. Att. lib. 9. Boni ciues amantes patriæ. Sal. Cat. Corpus patiens inedia, vigilia, algoris, supra quam cuiquam credibile est. Cic. ad Q. Frat. lib. 1. Fert graviter homo, & mei amantissimus, & sua dignitatis retinens, se apud te, neq, amicitia, neq, iure valuisse.*

Nonnulla etiam præteriti temporis eodem casu gaudent, vt: *Consultus, Doctus. Cic. in Ant. phil. 9. Neq, enim ille magis iuris consultus, quam iustitia fuit. Horat. lib 3 car. Docte sermonis vtriusque lingua.*

Participia præsentis, præteritiq, temporis, cum nominum naturam induunt: more eorum comparantur. *Cu. Tir. lib. 16. Cum commodè & per valetudinem, & per anni tempus nauigare poteris, ad nos amantissimos tui veni. Idem Att. lib. 6. Nihil illo regno spoliatus, nihil rege egentius.*

PRAEPOSITIONVM CON-  
structio.

**V**erba absoluta & intransitiua, Præpositionum beneficio in casus transeunt. *Cic. lib. 2. de orat. Cum etiam tum in lecto Crassus esset, & apud*





SYNTAXEOS  
IN, SVB, SVPER.

**I**N, sub, super, modò accusatiuum, modò Ablatiuum, pro varia significatione postulant. In, cum verbis motus Accusatiuum amat. *Cic. in Cat. Inu. I. Egredere ex vrbe Catilina, in exilium proficiscere. Cùm verò quies, aut aliquid fieri in loco significatur, Ablatiuo gaudet, vt: Sum in templo, deambulo in foro. Idem ad Att. l. 12. In hac solitudine careo omnium colloquio.*

SVB.

**S**Vb ferè accusandi calum postulat, pro circiter, per, paulò, ante: deniq; cum tempus adsignificat, vt: *Sub vesperum, sub noctem, sub lucis ortum, sub idem tempus hæc gesta sunt. Caesar. bell. ciu. I. Pompeius sub noctem naues soluit. Liuius, Sub equestris finem certaminis, coorta est peditum pugna.*

Sub cum verbis quietis Ablatiuum petit, vt: *Consedimus sub vmbra Platani, sub nomine pacis bellum latet.*

SVPER.

**S**Vper Accusatiuo seruit, cum præpositione subter contraria est, maximè cum motus significatur, vt: *Sedeo super saxum. Tegula cecidit super caput. Ablatiuo adiungitur, cum pro, de, ponitur. Cic. Att. l. 16. Hac super re scribam ad te Rhegio.*

Interdum etiam Ablatiuo adiungitur cum verbo quietis, maximè apud Poetas, *Virg. Ecl. I. Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte, Fronde super viridi.*

SVB-

## PRÆCEPTA.

### SVBTER.

**S**Vbter, fermè accusandi casū poscit, siue qui-  
setis, seu motus verbis adiungatur. Cic. 1. Tusc.  
Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia  
locavit.

Apud Poetas tamen aliquando cum ablativo  
reperies. Vir. l. 9. *Cum tamen omnes ferre libet sub-  
ter densa testudine casus.*

Præpositio cum casu priuatur in aduerbium  
migrat. Cic. Att. l. 4. *Tu aduentare ac propè adesse  
iam debes. Idem pro Flacco. Multis post annis pecu-  
nia recuperata est. Idem de Nat. Deor. lib. 2. Sensibus  
& animo ea, quæ extra sunt percipimus. Huius ge-  
neris sunt, ante, contra, citra, circum, circiter,  
extra, intra, infra, post, prope, pone, ultra, vsque.  
Cic. Att. lib. 14. *Ipsam quod me mones, quatrinduo an-  
te ad eum scripseram.**

### CONSTRUCTIO AD- uerbij.

#### NOMINATIVVS POST Aduerbia.

**E**N, ecce, nominandi, seu accusandi casum ad-  
mittunt. Cic. pro Deiot. *En crimen. En causa.*  
Plaut. Amph. *En tectum, en tegulas, en obductas fo-  
res.*

#### GENITIVVS POST ADVERBIA.

**S**atis, abunde, affatim, parum, instar, partim,  
Sergo pro causa, Genitiuum postulant. Terent.  
Phorm. *Satis iam verborum est. Cic. de claris orat.*  
Plato *mibi vnus instar est omnium. Lilius, Victoria  
naualis ergò, in vnum diem supplicatio decreta est.*

## SYNTAXEOS

*Plaut. Bacch. Tibi diuitiarum affatim est.*

Aduerbia superlatiua à nominibus orta, etiam Genitiuum postulant. *Cic. de clar. Orat. Maximè omnium nobilium Græcis literis studuit. Idem, ibi. Sæpiissimè audio illum omnium ferè oratorum Latine loqui elegantissimè.*

## ADVERBIA LOCI.

**V**Bi, vbinam, vbicunq;, vbiuis, quouis, quoquo, nusquam, genitiuos terrarum, gentium, eleganter admittunt. *Cic. ad Att. l. 15. Quid ageres, vbi terrarum esses, ne suspicabar quidem. Ter. Adelph. Fratrem nusquam inuenio gentium. Plaut. Alin. Perij ego oppido, nisi Libanum inuenio, iam vbi, vbi est gentium. Cic. 2. Phil. Qui vbicunq; terrarum sunt, ibi est omne Resp. presidium.*

## PRIDIE ET POSTRIDIE.

Pridie, & postridie, & Genitiuum & Accusatiuum casum petunt. *Cic. Att. li. II. Pridie eius diei venit: Idem Appio. l. 3. Pridie Nonas Iunij cum essem Brundusij. &c. Cos. bel. gal. l. I. Postridie eius diei Caesar presidio vtriusq; castris, quod satis esse, visum est, reliquit. Cic. Att. l. 16. Postridie ludos Apollinares.*

## DATIVS POST ADVERBIVM.

**Q**uædam dandi casum petunt, more eorum, vnde deducuntur, vt: *Congruenter, conuenienterq; natura vivere: dicere conuenienter rationi: obuiam alicui ire, procedere, prodire. Cic. de Fin. lib. 2. Non quero quid dicat, sed quid conuenienter rationi possit, & sententiæ suæ dicere. Idem Phil. 2. Cesari ex Hispania redeunti, obuiam longissimè processisti.*

AC.

## PRAECEPTA.

### ACCUSATIVVS POST ADVERBIVM.

**P**ropius, proximè, accusandi casum exigunt.  
*Cic. ep. ad Oct. Cur castra longius aduersariorum castris & propius urbem mouentur? Idem in M. Ant. ph. 10 Brutus operam dat, vt cum suis copijs quam proximè Italiam sit.*

### ABLATIVVS POST Aduerbiũ.

**C**omparatiua ablatiuo gaudent. *Cic. 2. de Inuent. Lachryma nihil citius arescit. Idem ad Curio. l. 2. Nemo est qui tibi sapientius suadere possit teipso. Ter. Hec. Dies triginta, aut plus eo in nauis fui. Idem He aut. annos sexaginta natus es, aut, plus eo, vt conyicio.*

### ADVERBIA LOCI.

**A**duerbia quibus interrogamus, sunt hæc, vbi, vnde, quo, quorsum.

#### VBI.

Ad interrogationem, Vbi redduntur hæc: Hic, istic, illic, ibi, inibi, ibidem, alibi, alicubi, vbiq; , vtrobique, vbilibet, vbiuis, vbicunq; , passim, vulgò intus, foris, nusquam, longe, peregrè, item, suprà, subter, infrà, ante, post, extra, cū fiunt Aduerbia. *Cic. ad Torquatum lib. 6. Nemo est, quin vbiuis, quàm ibi, vbi est, esse malit.*

#### VNDE.

Ad vndè redduntur hæc: Hinc, istinc, illinc, inde, indidè, aliudè, vndelibet, vndeuis, vndiq; , vndequq; , vndequaq; , alicudè, vtrinq; , eminus, cominus, supernè, infernè, peregrè, intus, fortis. *Ter.*

*He*

## SYNTAXEOS

*Heaut. Vide ne quò hinc abeas longius.*

### QVO.

Ad quo redduntur hæc : Huc, istuc, illuc, eò, eodem, illò, aliquò, aliò, neutrò, utroque, quoquo, quocunque, quouis, quolibet, intrò, foras, peregrè, longè, nusquam. *Ter. Hecyr. Abi Parmeno intrò, ac me venisse nuncia.*

### QUA.

Ad qua redduntur hæc : Hac, istac, illac, aliqua, qualibet, quacunque. *Ter. Eun. Plenus sum ramarum, hac, illac perfluo.*

### QVORSVM.

Ad quorsum, id est, quem locum versus: redduntur hæc: Horsum, istorsum, illorsum, aliorsum deorsum, iorsum, dextrorsum, sinistrorsum, læorsum, prorsum, rorsum, introrsum, vel introrsus, retrorsum, vel retrorsus, quoquoersum vel quoquoersus. *Ter. Phorm. Horsum pergunt. Idem Eunuc. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam, ne sursum, deorsum cursites.*

### VT.

Post has voces, adeò, ità, sic, tam, talis, tantus, tot, ferè nunquam ponitur. Quod, sed Vt, cum subiunctiuo. *Cic. pro Rab. Adeone hospes huiusce urbis, Adeone ignarus es disciplina, consuetudinisque nostra, ut hæc nescias? Idem 1. Tusc. Non sum ita hebes ut ista dicam.*

### ADVERBIA IN VM.

**A**dverbia in Vm, positivis gaudent, ut: Parum, multum, nimium, tantum, quantum, ali-

## PRAECEPTA.

aliquantum. *Cic. ad Att. lib. 10. Parum firma sunt, quae de fratre meo scribis. Idem in Rul. Socer huius vir multum bonus est.*

## ADVERBIA IN O.

**P**Aulò, nimiò, aliquantò, tantò, eò, quò, multò, hoc pro tanto, comparatiuo adhærent. *Cic. de Offic. lib. 1. Quantò superiores sumus, tantò nos submissiùs geramus. Cic. de Ami. Nec verò corpori solum subueniendum est, sed etiam menti, atque animo multò magis.*

## INTERIECTIONIS

### Constructio.

**O** Tribus casibus adiungitur, Nominandi. *Ter. Phor. O vir fortis atque amicus. Accusandi. Cic. Ter. lib. 14. O me perditum, ô me afflictum. Vocandi. Ter. Andr. O Daue, itane contemnor abs te?*

## HEU, PRO.

Heu, pro, modò nominandi, vel potius vocandi casum postulant. *Virg. lib. 9. Heu pietas, heu prisca fides. Liu. Tantum (prò dolor) degenerauimus à parentibus nostris. Modò accusandi. Cic. phil. 7. Heu me miserum, cur senatum cogor, quem semper laudauit, reprehendere? Idem in Verr. lib. 5. Prò Deum, hominumq; fidem.*

Prò, apud Ciceronem 2. Phil. Vocatiuum habet. *Quae enim res vnquam (prò sancte Iupiter) non modò in hac vrbe, sed in omnibus terris est gesta maior? Heu etiam Datiuo gudet. Plaut. Mil. Heu mihi, nequeo, quin fleam. Idem Merc. Heu misero mihi.*

## HEI,

SYNT. PRAECEPTA:

HEI, VE.

Hei, Ve. Dativus gaudet. Terent. Heu. Hei misero mihi. Idem Andr. Ve misero mihi. Hei etiam Vocativus additur Plaut. Aulul. Hei Megadore, haud decorum facinus tuis factis facies. Terent. Eunuch. Hei mihi, laudo: tandem per doluit, vires:

CONIUNCTIONIONIS


Constructio.

Coniunctiones copulativæ & disiunctivæ; cum ad idem verbum referuntur, similes casus connectunt. Cic. in Ant. phil. 12. Quis non doleat interitum talis viri & civis? Salust. Cat. Divitiarum & forma gloria fluxa, atq; fragilis est.

Quam, nisi, an, præterquam, eisdem itidem casus copulant. Cic. Att. lib. 3. An existimas, ab ullo malle me legi, probariq; quam à te? Idem pro Sestio: Quem unquam Senatus civem, nisi me nationibus exteris commendavit? Idem de Orat. lib. 3. Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an Iudices. Idem in Cat. Inu. 3. Pro tantis rebus nullum à vobis præmium postulo, præterquam huius diei memoriam sempiternam.

FINIS.







AB 754996


ULB Halle  
002 420 97X

3




R

VD 17



159







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue  
Cyan  
Green  
Yellow  
Red  
Magenta  
White  
3/Color  
Black



MANVELIS  
 VARI  
 CIETATE  
 INSTITVTO.  
 AMMATICA,  
 R PRIMVS.  
 us Syntaxeos præceptis.  
 AVCTORIS ET  
 ntis prætermisissis.  
  
 AE AGRIPPINAE,  
 ckmannica, sumptibus  
 manni Mylij.  
 M.DC.XXIX.

2

